Tit. 342

14/VI 1656

# Actum in Castro Præmislien:si Feria Quarta pridie festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Mille:simo Sexcentesimo Quinquage:simo Sexto.

## R. Brzezinski et Karpinski se Quietant abinuicem

Comparentes personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Præmislien. Admodum Reverendus Dominus Hieronymus Brzezinski Plebanus Zaszernen. ab una et Nobilis Iacobus Karpinski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iudicibus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Præmisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibusuis omnibus quo ad actum præsentem attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi se se mutuo et invicem de omnibus quibuscunque Causis et actionibus factum quorumuis iudicio et subsellio Regni sibi

abinuicem

abrenuntiat ratione quarumuis rerum et inimicarum praetensionum et damnorum interueniente tum de quibusuis debitis iniuriis damnis praetensionibus violentiis inter se ab utrinque in diem actus praesentis intercedentibus Nec non de inscriptionibus interuenientibus Contractibus recognitionibus membranis chirographis Scriptis manualibus roboratis et non roboratis Sibi abinuicem factis et datis atque processibus quibusuis iuris in quocunque iudicio et officio Subselliisque Regni et iuris Spiritualis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in diem actus praesentis intercedentibus quietant liberosque et absolutos perpetuo pronunciant Causas easdem quasuis processus decretumque quasuis inter se recognoscentes uti praemissum est intercedentes Inscriptiones Contractus interuenientes membranas recognitiones Scripta manualia roborata et non roborata eorumque roborationes in omnibus Conditionibus clausulis vadiis iuramentis ac insuper tota et in toto praemissa omnia cassant mortificant et annihilant Sibi et suis posteris ratione praemissorum omnium ob plenariam sibi ab utrinque praestitam Satisfactionem perpetuum imponendo Silentium Huius recognitionis suae vigore.

# Subdapifer Regni Iaszocos-kiey Obligat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Magnificus Nicolaus de Zurow Danilowicz Supremus Regni Subdapifer Sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attrahit se cum Successoribus ac bonis suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse bona sua infrascripta propria nempe villam